

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iohannes Gaylingius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309



JOANNES GAYLINGIUS, †
 primus Evangelii in Ducatu Wirtember-
 gico Pastor, Luthero σὺν ἡγοῦν, natus
 erat Ilsfeldæ Diœceseos Brakenheimen-
 mensis nobili pago, sub densissima Papatus caligine;
 Quo anno præcisè ignotum. Studiorum causâ peregrinatus
 Erfordiam primum, deinde & Witebergam
 adiit, ubi Luthero, ante exortum Evangelii Jubar, fa-
 miliaris factus, teste Epistolâ, ipsius Lutheri manu,
 An. 1518. ad Gailingium scriptâ. Excitato autem
 divinitus Herœ Luthero, patefactâque per eum Verbi
 divini Veritate, Gaylingius ei continuo adhæsit, atque
 Megalandrum pro Præceptore agnovit & coluit por-
 rò. Lutherus igitur & ipsum majori indies amore
 complexus, tandem sufficienter in Veritate instructum
 confirmatumque abs se dimisit, qui in Patriam Ilsfeld
 circa annum 1520. reversus, Evangelii doctrinam
 omnium primus in Wirtembergiâ tradere cepit. Hanc-
 que laudem & palmam retinet, quam sibi eripi passus
 non est unquam, sanctè (ut & Paulus Apostolus,) de hoc
 gloriatus, & Dei bonitatem prædicans. Famâ
 verò eâ de re increbescente, nomine & autoritate Re-
 gis Romanorum Ferdinandi, qui, Ulrico Duce in exi-
 lium acto, ditiones ejus tenebat, Gailingio non tan-
 tum silentium imponitur, sed & igni & aquâ in agro
 Wirtembergico interdicitur, additâ suspendii commi-
 natione,

A

† Claruit 1525. Obiit 1559.

natione, si quidem parere detrectaret. Quod cum Princeps Udalricus, qui Soloduri in Helvetiâ tum versabatur, comperisset, Virum, quorundam Nobilium, præcipuè Dominorum de Gemmingen, inventu, ad se vocatum in Præconem Aulicum adiecit. Inde tamen recuperandi Ducatus sui causâ in Hassiam ad Philippum Landgravium digressus, Gailingium tantisper à se dimisit, qui Heidelbergam à septemviro Ludovico accersitus A. 1525. Dionysium Melandrum Senatui commendavit. (a) Eodem anno cum aliis Sueviæ Theologis Congregationi isti, cum Syngramma conscriberent, Oecolampadio missum, interfuit. Exactis ibi aliquot annis à Georgio, Marchione Brandenburgico desideratus, Onolzbachii aliquandiu docuit. Unde discedens venit in Feuchtwangen, ibique Ecclesiæ Dei per tempus præfuit. Exin in Patriam se recepit, ubi Ecclesiæ Weinspergensis præfectus eo in loco 17. integris annis permansit, donec tempore Interimistici dogmatis, (in quod consentire noluerat,) expelleretur. Maximo igitur cum Auditorum cordolio patriâ secundâ vice extorris Leossteinium secessit. Sublato tamen brevi post decreto Cæsareo, à Christophoro Duce, primò Beilsteinium, deinceps Bottwariam An. 1552. ut errantem confusamque oppidi Ecclesiam componeret, revocatus est. Ex conjugē Anna Maria Erhardtin, Ulmensi, filium genuit cognominem, Ilfeldensis Ecclesiæ Pastorem, & filiam Saram, Johanni Assum, SuperIntendenti Hohenloico, celebri Theologo, nuptam. (b) Vir erat ob doctrinæ puritatem & Heroicum Spiritum tanto in pretio habitus,

(a) *Sekendorff. Lutheran. L. I. p. 243.*

(b) *Freib. Theatr. p. 702.*